



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum Deus possit creaturam in nihilum redigere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD XV. Dicendum, q̄ inter bona quorū con-
gregatione status beatitudinis perficitur, principū
est confectio ad suam causam: cum ipsa Dei frui-
tio sit creatura rationalis beatitudo.

D. 278. AD XVI. Dicendum, q̄ tendere in nihilum d
non est proprie motus naturā qui semper est in
bonum: sed est ipsius defectus. vnderatio falsum
supponebat.

AD XVII. Dicendum, q̄ illius impressio-
nis violentā agens violentum est causa secundum fieri
& non simpliciter secundum esse, vt ex dictis pa-
tet. vnde cessante actione agētis, potest ad tempus
remanere: sed non diu pp eius imperfectionem.

AD XVIII. Dicendum, q̄ sicut forma nō po-
test esse principium essendi, nisi aliquo priori prin-
cipio presupposito: ita nec operandi, cum Deus in
qualibet re operetur (vt in alia questione ostēsum
est) nec etiam cognoscendi, cum omnis cognitio
a lumine increato deriuetur.

Ex solu. ad
6. Argum.
q̄ 3. arg. 6.

ARTICVLVS II.

*Vtrum Deus possit alicui creaturæ communicare, quod per
se in esse conseruetur absque Deo.*

SECUNDO quæritur, vtrum Deus possit alicui
creaturæ communicare, q̄ per se in esse cōserue-
tur absque Deo. Et videtur q̄ sic. Creare enim est
maius quā per se in esse conseruari: sed creare po-
tuit creaturæ communicari, vt magister dicit in 5.
dist. 4. senten. ergo & per se in esse conseruari.

¶ 2 Præ. Plus est in potestate rerum & Dei, q̄ in po-
testate intellectus nostri: sed intellectus noster pōt
intelligere creaturā absq; Deo. ergo multo fortius
Deus pōt creaturæ dare, vt per se cōseruetur in esse.

In libro . de
Synodis 16.
pag. 2 prin-
cip. lib. 4.

¶ 3 Præ. Aliqua creatura est ad imaginē Dei, vt pa-
ter Genesis primo: sed s̄m Hilarium, imago est rei
ad rem coequandā indiffereta & unita similitudo,
& sic imago adæquare potest id cuius est imago.
Cum ergo Deus nullo exteriori conseruante indi-
geat, videtur q̄ hoc potuit creaturæ cōmunicare.

¶ 4 Præ. Quāto agens est perfectius, tantō pōt per-
fectiorē effectum producere: sed agentia naturalia
pōt effectus facere qui conseruent in esse sine agen-
tibus. ergo multo fortius Deus potest hoc facere.

Sed contra, Deus non potest aliquid facere,
in diminutionem sue autoritatis: hoc autē suo do-
minio præiudicaret, si aliquid absque ipsius cōser-
uatione posset esse. ergo Deus hoc facere nō pōt.

RESPON. Dicendum, q̄ ad omnipotētiā Dei
non pertinet, q̄ possit facere duo cōtradictoria ef-
se simul. In hoc autem q̄ dicitur q̄ Deus faciat ali-
quid: quod eius conseruatione non indigeat, con-
tradictio implicatur. Iam n. ostēsum est, quod om-
nis effectus a sua causa dependet: s̄m quod est eius
causa. In hoc ergo quod d̄ quod Dei conserua-
tione nō indigeat, ponitur nō esse creatum a Deo:
in hoc quod dicitur, quod Deus faciat ipsum, po-
nitur esse creatum. Sicut ergo cōtradictionem im-
plicaret, Deum facere aliquid quod non esset crea-
tum ab eo: ita si quis diceret Deum facere aliquid,
quod eius cōseruatione non indigeret. vnde vtrū-
que pari ratione Deus non potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ cum creare sit
aliquid causare: non indigere autē alterius cōserua-
tione, non sit nisi eius quod causam nō habet, ma-
nifestum est q̄ maius est non indigere conseruari
ab alio quā creare: sicut maius est, causam nō ha-
bere q̄ causam esse: licet & hoc non sit vsquequaq;
verū, q̄ creare creaturæ sit communicabile, s̄m q̄

D. 410.

F est actus primi agentis, ut in alia q̄ōne dictum est.
AD SECUNDM dicendum, quod quamuis intel-
lectus possit intelligere creaturam, non intelligen-
do Deum, non tamen potest intelligere creaturā
non conseruari in esse a Deo, hoc enim implicat
contradictionem, sicut & creaturam non esse crea-
tam a Deo, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, q̄ æqualitas nō est de
rōe imaginis absolute, sed p̄fectā, qualis Dei im-
ago non est creatura, sed filius, vñ rō non lequitur.

AD QUARTVM dicendum, quod responso pa-
tet per ea quæ dicta sunt in precedenti.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus possit creaturam in nihilum redigere.

TERTIO quæritur vtrum Deus possit crea-
turam in nihilum redigere. Et videtur quod
non. Dicit enim Aug. in lib. 83. quæstionum
quod Deus non est causa tendendi in nō esse, hoc
autem esset si creaturam annihilaret. ergo Deus
non potest creaturam in nihilum redigere.

¶ 2 Præ. creaturæ corruptibiles, quæ inter ceteras
sunt debilioris esse, nō desinunt esse, nisi per actio-
nem alicuius causæ agentis, sicut ignis corrupti-
tur aliquo contrario agente in ipsum. multo mi-
nus igitur alia creaturæ possunt desinere, nisi per
aliquam actionem. Si ergo Deus aliquam creatu-
ram annihilaret, hoc non fieret, nisi per aliquam
actionem. Per actionem autem hoc fieri est impos-
sibile. Nam omnis actio sicut est ab ente actu, ita
in ens actu terminatur, cum oporteat factum esse
simile facienti. Actio autem qua aliquid ens actū
constituitur, non omnino in nihilum redigit: er-
go Deus non potest aliquid annihilare.

¶ 3 Præ. Omne quod est per accidens, reducit
ad id quod est per se: sed a nulla causa agere est de-
fectus & corruptio nisi per accidens, nisi per
operetur nisi intendens ad bonum, ut Dionysius
cit. 4. cap. de diu. nom. Vnde & ignis corruptus
aquam, non intendit priuationem formæ aquæ:
sed formam propriam in materiam introducere
ergo non potest ab aliquo agente causari aliquid
defectus, quin simul aliqua perfectio cōstituat,
ubi autē aliqua perfectio constituitur ibi nō est an-
nihilatio. ergo Deus nō pōt aliquid annihilare.

¶ 4 Præ. Nihil agit nisi propter finem. Finis enim
est quod mouet efficientem. Finis autem diuine
actionis est eius bonitas. Quod quidem esse potest
in rerum productione, per quam res similitudo
diuina bonitatis consequuntur, non autem in an-
nihilatione, per quam annihilatū omnino a Deo
similitudine recederet. ergo Deus non potest ali-
quid annihilare.

¶ 5 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 6 Sed contra. Diuina actio est eius esse, unita
& Aug. vult quod in quantum Deus est. nos simi-
sum autē esse nunq̄ ei aduenit. ergo nunq̄ deus
esse in sua actione. Et ita semper erit causa in actu.

¶ 7 Præ. Deus non potest facere contra commu-
nes animi conceptiones, sicut quod totum nō sit
maius sua parte, cōmunis autem animi cōceptio
est.

¶ 8 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 9 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 10 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 11 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

¶ 12 Præ. Manente causa, necesse est permanere
causatum. Si enim non est necesse, possibile est
causatum esse & non esse, postea causa, & sic indige-
bitur alio, quo causatum ad esse determinetur, & in
causa sufficiens non erit ad esse causari: sed Deus
est sufficiens cā rerum. ergo Deo manente necesse
est res in esse manere: sed Deus non potest facere
quin ipse in esse maneat. ergo nō potest creaturam
reducere in non esse. Sed dicebatur q̄ Deus non
erit causa in actu, cum creaturæ erunt annihilatæ.

est apud sapiētes, animas racionales perperuas esse. ergo Deus nō pōt facere q̄ in nihilum redigantur.

¶ 8 Præt. Commen. dicit in 11. Metaphy. quōd id quod est in se possibile esse, & non esse, non potest necessitatem esse ab alio acquirere. Quocumq; ergo creature habent necessitatem esse, in eis non est possibilitas ad esse & non esse. huiusmodi autem sunt omnia incorruptibilia: ut sunt substantiæ incorporeæ, & corpora cælestia. ergo omnibus his non est possibilitas ad nō esse. Si ergo sibi relinquatur, diuina actione subtracta, non deficient in non esse. Et sic Deus non uidetur quōd possit ea annihilare.

¶ 9 Præt. Quod recipitur in aliquo, non tollit potētiā recipiēti: sed potest eam perficere. Si ergo aliquid sit possibilitatem habens ad non esse, nihil in eo receptum, hanc possibilitatem ei auferre poterit. ergo quod est in se possibile non esse, non poterit ab aliquo necessitatem esse acquirere.

¶ 10. Præt. Ea secundum quæ aliqua genere diuersificantur, sunt de essentia rei. Nam genus pars definitionis est. Secundum autem corruptibile & incorruptibile aliqua genere differunt. ut patet in 4. Metaph. ergo sempiternitas & incorruptibilitas est de essentia rei. Deus aut nō pōt alicui rei auferre, quod est de essentia eius: nō. n. potest facere q̄ homo existens homo, non sit animal. ergo non potest rebus incorruptilibus sempiternitatem auferre, & ita non potest ea ad nihilum redigere.

¶ 11 Præt. Corruptibile numquam pōt mutari, ut sit incorruptibile secundum suam naturam.

Nam incorruptibilitas corporum resurgentiū nō est nature, sed gloriæ: & hoc ideo est, quia corruptibile & incorruptibile differunt genere, ut dictum est. Si aut quod est in se possibile non esse, ab aliquo necessitatem esse posset acquirere, corruptibile posset in incorruptibilitatem mutari. ergo impossibile est esse aliquid quod in se sit possibile non esse, & acquirat necessitatem ab alio, & sic idem quod prius.

¶ 12 Præt. Si creature non habent necessitatem, nisi secundum q̄ dependent a Deo: a Deo autem dependent secundum q̄ Deus est earum causa: non habent necessitatem nisi per modum, quod competit casualitati, qua Deus eorum causa est. Deus aut est rerum causa non per necessitatē: sed per uoluntatem, ut est in alia questione ostensum: sic ergo erit necessitas in rebus sicut in his que a uoluntate causantur. Ea autem que sunt a uoluntate non simpliciter & absolute sunt necessaria, sed solū necessitate conditionata: eo q̄ uoluntas non necessario determinatur ad unum effectum. ergo sequitur q̄ in rebus nihil est necessarium absolute, sed solū sub conditione: sicut est necesse Sortē moueri si currit, vel ambulare si uult, nullo impedimento existēte. Ex quo uidetur sequi, q̄ nihil sit in creaturis simpliciter incorruptibile: sed omnia sint corruptibilia, quod est inconueniens.

¶ 13 Præt. Sicut Deus est summum bonum, ita est perfectissimum ens: sed in quantum est summum bonum, ei conuenit quod non possit esse causa mali culpe. ergo in quantum est perfectissimū ens non ei competit quod possit esse causa annihilationis rerum.

¶ 14 Præt. Augustinus dicit q̄ Deus est adeo bonus quod numquam permetteret aliquid mali fieri: nisi esset adeo potens quod de quolibet malo posset elicere aliquid bonum: sed si creature annihilarentur, nullum bonum inde eliceretur: ergo Deus nō

A pōt hoc permittere q̄ creature in nihilum decidat:

¶ 15 Præt. Non minor distantia est in nihilum deente, quā de nihilo in esse: sed reducere aliquid de nihilo in esse, est potentia infinita propter distantiam infinitam. ergo reducere de esse in nihil, nō est nisi potentie infinite. nulla autem creatura hēt potentiam infinitā. ergo subtracta actione creatoris, creatura non poterit in nihilum reduci. Quo quidem solo modo dicebatur Deus res posse annihilare, scilicet per subtractionem. Nullo ergo modo Deus potest creaturas in nihilum redigere.

¶ 16 Præt. Sed contra est quod Origenes dicit in periarcho. Quod datum est, auferri atque recedere potest esse, datum est creature a Deo. ergo pōt auferri, & sic Deus pōt creaturas in nihilū redigere.

¶ 17 Præt. Illud, quod dependet ex simplici Dei uoluntate, potest etiam Deo uolente cessare: sed totum esse creature dependet ex simplici Dei uoluntate, cū Deus per suam uoluntatem sit causa rerum, & nō per nature necessitatem. ergo Deo uolente possunt creature in nihilum redigi.

¶ 18 Præt. Deus non est plus debitor creaturis postquam esse inceperunt, quā antequam esse inciperent: sed antequam creature inciperent, absque omni preiudicio sue bonitatis poterat cessare ab hoc q̄ cōtacturis cōmunicaret, quia sua bonitas in nullo a creaturis dependet: ergo Deus pōt absq; preiudicio sue bonitatis suā actionem a rebus creatis subtrahere, quo posito in nihilū deciderent, ut in precedenti articulo ostensum est. potest ergo Deus res annihilare.

¶ 19 Præt. Eadem actione Deus res in esse produxit & eas in esse conseruat, ut supra ostensum est: sed Deus potuit res in esse non producere. ergo eadem ratione potest eas in esse non conseruare. Et sic pōt eas annihilare.

RESPON. Dicendum, q̄ in rebus a Deo factis dicitur aliquid esse possibile dupliciter. Vno modo per potentiam agentis tantum: sicut antequam mundus fieret, possibile fuit mundum fore non per potentiam creature, que nulla erat, sed solum per potentiam Dei, qui mundum in esse producere poterat. Alio modo per potentiam, que est in rebus factis, sicut possibile est corpus compositum corripipi. Si ergo loquamur de possibilitate ad nō esse ex parte rerum factarū, dupliciter circa hoc aliqui opinati sunt. A uic. namque posuit, q̄ quilibet res preter Deum habebat in se possibilitatem ad eē & nō esse. Cum enim esse sit preter essentiam cuiuslibet rei create, ipsa natura rei create per se considerata possibilis est ad esse: necessitatem uero esse nō hēt nisi ab alio, cuius natura est suum esse, & per consequens est per se necesse esse, & hoc Deus est.

Commen. uero in 11. Metaphy. & in libro de substantia orbis, contrarium ponit, scilicet quod quedam res create sunt, in quarū natura non est possibilitas ad non eē, quia quod in sua natura hēt possibilitatem ad non esse, non pōt ab extrinseco acquirere sempiternitatem, ut. scilicet sit per naturam suā sempiternum. Et hec quidem positio uidetur rōnabilior. potentia enim ad esse & non esse, non conuenit alicui nisi ratione materie, que est pura potentia. Materia est, cum non possit esse sine forma, nō potest eē in potentia ad non esse: nisi quatenus existēs sub una forma est in potentia ad aliā formam. Dupliciter ergo pōt cōtingere, q̄ in natura alicuius rei non sit possibilitas ad non esse. Vno modo per hoc, quod res illa sit forma tantum subsistens in esse suo, sicut a substantiæ incorporeæ, que sunt penitus immateriales. Si enim forma ex hoc quod inest

E

Ar. preced.

P. p. q. 104. ar. 3. & p. p. q. 29. ar. 4.

l. 8. meta. 6. & 4.

l. 11. meta. ph. textu. 41.

D. 123.

inest materia, est principium essendi in rebus materialibus, nec res materialis potest non esse nisi p[er] separationē formae; ubi ipsa forma in esse suo subsistit, nullo modo poterit nō esse: sicut nec esse potest a seipso separari. Alio modo per hoc, q[uo]d in materia non sit potentia ad aliam formam, sed tota materiae possibilitas ad unam formam terminetur: sicut est in corporibus caelestibus, in quibus nō est formarum contrarietas. Illae ergo sole res in sua natura, possibilitatem habent ad non esse, in quibus est materia contrarietati subiecta. Aliis vero rebus secundum suam naturam competit necessitas esse di, possibilitate non essendi ab earum natura sublati. Nec tamen per hoc remouetur, quin necessitas essendi sit eis a Deo: quia unum necessarium alteri causa esse potest, ut dicitur in 3. Metaphy. Ipsius. n. natura creare, cui competit sempiternitas, causa est Deus. In illis etiam rebus in quibus est possibilitas ad nō esse, materia permanet, formae uero sicut ex potentia materia educuntur in actum in rerū generatione, ita in corruptione de actu reducuntur in hoc q[uo]d sint in potētia. Vnde relinquunt, quōd in tota natura creata non est aliqua potentia, per quam sit aliquid possibile tendere in nihilum. Si autem recurramus ad potentiam Dei facientis, sic considerandum est, q[uo]d dupliciter dicitur aliquid Deo esse impossibile. uno mō quod est secundum se impossibile, quōd quia non natum est alicui potētia subiecti: sicut sunt illa, quae contradictionem implicant. Alio modo ex eo, quod est necessitas ad oppositum. Quōd quidem dupliciter contingit in aliquo agente. uno modo ex parte potētia ad iug naturae, quae terminatur ad unum tantum, sicut potētia calidi ad calefaciendum. & hoc mō Deus pater necessario generat filium; & non potest non generare. Alio modo ex parte finis ultimi, in quē quilibet res de necessitate tendit: sicut & homo de necessitate uult beatitudinem, & impossibile est eum uelle miseriam: & similiter Deus uult de necessitate suam bonitatem & impossibile est eum uelle illa, sine quibus sua bonitas esse non potest, sicut dicimus, quōd impossibile est Deum mentiri, aut uelle mentiri. Creaturas autem simpliciter non esse, non est in se impossibile quasi contradictionem implicans, aliās ab aeterno fuissent. Et hoc ideo est, quia non sunt suum esse: ut sic cum dicit, creatura nō est omnino, oppositum praedicati includatur in definitione, ut si dicatur, homo nō est animal rationale, huiusmodi enim contradictionē implicat, & sunt secundum se impossibilia. Similiter Deus non producit creaturas ex necessitate naturae, ut sic potētia Dei determinetur ad esse creaturae, ut in alia quaestione est probatum. Similiter etiam nec bonitas Dei a creaturis dependet, ut sine creaturis esse non possit: quia per creaturas nihil bonitati diuinae adiungitur. Relinquunt ergo, quōd non est impossibile Deum res ad nō esse reducere: cum non sit necessarium eum rebus esse praebere, nisi ex suppositione suae ordinationis & praescientiae: quia sic ordinauit & praesciuit, ut res in perpetuum in esse teneret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd si creaturas Deus in nihilum redigeret, non esset eā tendēdi in non esse: hoc non contingeret per hoc q[uo]d ipse causaret non esse in rebus: sed per hoc quōd desideret rebus dare esse.

AD II. dicendum, q[uo]d res corruptibiles desinūt esse per hoc, quōd earum materia aliam formā recipit, cum qua forma prior stare nō potest: & ideo

ad earum corruptionem requiritur actio alicuius agentis, per quam forma nota educatur de potentia in actum: sed si Deus res in nihilum redigeret, non esset ibi necessaria aliqua actio: sed solum hoc quōd deflueret ab actione qua rebus tribuit esse: sicut absentia actionis solis illuminatis causat lucis priuationem in aere.

AD III. dicendum, quōd ratio illa procederet, si Deus agendo, res annihilare posset, quā quidē nō est: sed magis ab actione desistendo, ut dictum est.

AD IIII. dicendum, quōd ubi non est actio, nō est necessarium finem requirere: sed quia ipse desistere ab actione non potest esse in Deo, nisi per suam uoluntatem quae non est nisi finis, posset in ipsa annihilatione rerum finis aliquis inueniri: sicut in productione rerum, finis est manifestatio copiae diuinae bonitatis; ita in rerum annihilatione, finis est potest sufficientia suae bonitatis; quae in tantum est sibi sufficiens, ut nullo exteriori indigeat.

AD V. dicendum, quōd effectus a causa sequitur, & est secundum modum causae: unde effectus uoluntatem consequentes, tunc a uoluntate procedunt, quando uoluntas statuit esse procedendum; non autem de necessitate quando uoluntas est. Et ideo, quia creaturae procedunt a Deo per uoluntatem, tunc esse habent, cum Deus uult eas esse: nō de necessitate quando cumque Dei uoluntas est, alias ab aeterno fuissent.

AD VI. dicendum, quōd in actione Dei, quare producit, duo est considerare, scilicet substantiam operationis, & ordinem ad effectum. Substantia quidem operationis cum sit diuina essentia, eterna est, nec potest non esse. Ordo autem ad effectum dependet ex uoluntate diuina; ex qualibet. n. actione facientis, non sequitur effectus nisi secundum existentiam principii actionis: secundum enim modum caloris ignis calefacit. Vnde cum principium factum a Deo, sit uoluntas: sicut in hoc actione diuina est ordo ad effectum, prout uoluntas determinat. Et si quauis actio Dei, cessare non possit secundum suam substantiam, ordo tamen ad effectum cessare posset, si Deus uellet.

AD VII. Dicendum, quōd communis animi conceptio dicitur illa, cuius oppositum contradictionem includit: sicut omne totum est maius sua parte: quia non esse maius sua parte est contra rationem totius. Sic autem animam rationalem non esse, non est communis animi conceptio, ut ex dicto patet: sed naturam animae rationalis nō esse corruptibilem, haec est communis animi conceptio. Si autem Deus animā rationalem in nihilum redigeret, hoc non esset per aliquam potētiā ad non esse, quae sit in natura animae rationalis, ut dictum est.

AD VIII. Dicendum, q[uo]d illud in cuius natura est possibilitas ad non esse, nō recipit necessitatem essendi ab alio, ita q[uo]d ei non competat in natura: quia hoc implicaret contradictionem, scilicet natura potest nō esse: & quōd haberet necessitatem essendi: ut q[uo]d habeat incorruptibilitatem ex gratia uel gloria, hoc non prohibetur. Sicut corpus Adae fuit quodammodo incorruptibile per gratiam innocētia & corpora refurgentium erunt incorruptibilia per gloriam, per uirtutē a se suo principio ad haerentia. Non tñ remouetur quin ipsa natura in qua nō est possibilitas ad non esse, habeat necessitatem essendi ab alio: eū quicquid perfectionis habet sit et ab alio; unde cessante actione suae causae desiceret, propter potētiā ad non esse, quae in ipso fuit potestatem quae est in Deo ad non dādum esse.

Li. 6. com. 6. tom. 3.

q. 3. ar. 24.

ne

ca
ij an
n li

hir.
tom.

pp.
47.

3. co.
3. to.

Ad

Ad nonum dicendū, q̄ in illis quæ sunt p̄ naturā incorruptibilia, non præintelligitur potentia ad nō esse, quæ tollatur per aliquid a Deo receptum, s̄m p̄ obiectio procedebat, & hoc ex dictis patet. Sed in illis quæ sunt incorruptibilia per gratiam, subest possibilitas ad non esse in ipsa natura: quæ tamen totaliter reprimitur per gratiam ex virtute Dei.

Ad x. dicendū, q̄ si Deus creaturas incorruptibiles in nihilum redigeret ab earum conseruatione cessando, non propter hoc sempiternitatem a natura separaret, quasi remaneret natura non sempiterna, sed tota natura deficeret influxu causæ cessante.

Ad xi. dicendū, q̄ corruptibile per naturā nō potest mutari, vt fiat per naturam incorruptibile, nec e conuerso, quamuis illud quod est per naturā corruptibile, possit per gloriam superuenientem perpetuum fieri. Non tamen ex hoc oportet ponere aliqua corruptibilia, fieri per naturam incorruptibilia: quia esse desinerent causa non cessante.

Ad xii. dicendū, q̄ licet creaturæ incorruptibiles ex Dei voluntate dependeat, quæ potest eis esse p̄bere, & non p̄bere: consequuntur tamen ex diuina voluntate absolutam necessitatem essendi, in quantum in tali natura causantur, in qua non sit possibilitas ad non esse: talia n. sunt cuncta creata, qualia Deus esse ea voluit, vt Hil. dicit in lib. de synodis.

Ad xiii. dicendū, q̄ Deus licet possit creaturas redigere in nihilum, non tñ potest facere q̄ eis manebit ipse nō sit earum causa (est autem earū causa, & sicut efficiens, & sicut finis) sicut ergo Deus non potest facere q̄ creatura in esse manens ab eo non sit, & ita nō potest facere quod ad eius bonitatem nō ordinetur. vnde, cum malum culpæ priuati ordinē quæ est in ipsum, sicut in finem, eo quod est auersio ab incommutabili bono, Deus non potest esse causa mali culpæ, quamuis potest esse causa annihilationis, omnino a conseruatione cessando.

Ad xiiii. dicendū, quod Aug. loquitur de malo culpæ: & si loqueretur etiam de malo pœnæ, annihilatione tamē rerum nullum malum est, quia omne malū fundatur in bono, cū sit priuatio, vt Aug. dicit. Vnde sicut ante rerum creationem, malū nō erat, ita nec malū esset, si omnia Deus annihilaret.

Ad xv. dicendū, quod in nulla creatura est virtus, quæ possit vel de nihilo aliquid facere, vel aliqd in nihilum redigere. Quod autem creaturæ in nihilum redigerent diuina conseruatione cessante, hoc non esset per aliquam actionem creaturæ, sed per eius defectum, vt ex prædictis patet.

ARTICVLVS IIII.

Utrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda, vel in nihilum redigatur.

QVARTO quaritur, vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda, vel etiam in nihilum redigatur. Et videtur quod sic. Sicut enim potentia finita nō potest mouere tēpore infinito, ita nec per potentia finitam potest aliquid esse tempore infinito: sed oīs potentia corporis est finita, vt probat in 8. Phy. ergo in nullo corpore est potentia, vt possit durare tempore infinito. Quædā autem corpora sunt quæ non possunt corrupti, eo quod non habent contrarium: sicut corpora celestia, ergo necesse est quod quandoque in nihilum redigantur. ¶ 2. Præter illud quod est p̄ aliquem finem adipiscendū, habito sine vterius eo non indiget: sicut patet de nauī, quæ necessaria est mare transeuntibus, non autem iā trāsito mari: sed creatura corporalis creata

A est p̄ spiritualē, vt per eā iunctur ad sūm finem cōsequendū. Cum ergo creatura spiritualis erit in suo sine vltimo cōstituta, corporali vterius non indigebit. Cū ergo nihil sit supflūū in operib. Dei, vt q̄ in vltimo rerum sine oīs creatura corporalis deficiet.

¶ 3. Præter. Nihil quod est p̄ accidens, est infinitū: sed esse est cuiuslibet creaturæ p̄ accidens, vt Auicē. dicit (vñ & Hil. in lib. de Trin. Deū a creatura distinguēs dicit, Esse nō est accidēs Deo) ergo nulla creatura in infinitum durabit. Et sic oīs creaturæ quæq; deficiet.

¶ 4. Præter. Finis dēt rēdere p̄ncipio: sed creaturæ p̄ncipiu sumptū postquā nihil erat p̄ter Deū. ergo adhuc creaturæ reducēt in finē, quā oīno nihil erit.

¶ 5. Præter. Quæ nō hēt virtutē vt sit semper, nō potest in perpetuū durare: sed illud quod nō semp fuit, nō hēt virtutē vt sit semper: ergo quod nō semp fuit, non potest in perpetuum durare. Sed creaturæ nō semp fuerunt. ergo non possunt in perpetuum durare. & sic quandoque in nihilum redigentur.

¶ 6. Præter. Iustitia requirit hoc, vt propter ingratitudinem aliquis beneficio accepto vel suscepto priuetur: sed per peccatum mortale homo ingratus est inuentus: ergo iustitia hoc exigit, ut de oīs beneficijs Dei priuetur, inter quæ etiam est ipsum esse. Iudicium autem Dei de peccatoribus erit iustum s̄m Apostolum Roman. 2. ergo in nihilum redigetur.

¶ 7. Præter. Ad hoc est quod dicit Ierem. 10. Corripe me Dñe: verum tñ in iudicio, & nō in furore tuo: ad nihilum redigas me. Sed diceretur, q̄ Deus semper punit citra condignū p̄ misericordiam, q̄ in Dei iudicio iustitia admiscet, & sic Deo nō totaliter peccatores a participatione suorū bñficiorū excludet.

¶ 8. Sed contra. In hoc homini misericordia non præstatur, quod sibi detur aliquid quod melius esset ei non habere: sed damnato in inferno melius esset nō esse quā sic esse, quod patet per id quod dicitur Matth. 1. de Iuda. Melius erat ei si non fuisset homo ille, ergo ad misericordiam Dei non pertinet, quod damnatos conseruet in esse.

¶ 9. Præter. Illa quæ non habent materiam partē sui, corrumpunt omnino, id est totaliter, cum esse desinunt, vt dicitur in tertio Metaphysic. sicut sunt accidentia: hæc autem frequenter esse desinunt, ergo aliqua in nihilum rediguntur.

¶ 10. Præter. Philosophus in 6. Physic. argumentatur, quod si continuum est ex indiuisibilibus, quod necesse est, quod indiuisibilia diuidantur. Ex quo potest accipi quod vnumquodque resoluitur in ea ex quibus est: sed omnes creaturæ sunt ex nihilo, ergo omnes in nihilum quandoque redigentur.

¶ 11. Præter. 2. Pet. 3. dicitur, Cœli magno impetu transibunt: sed non possunt transire per corruptionem in aliquod aliud corpus, cum non habeant contrarium, ergo transibunt in nihilum.

¶ 12. Præter. Ad id est quod dicitur in Psalmo. Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt: & Luc. 21. dicitur, Cœlum & terra transibunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiastes. 1. Terra autē in æternū stat. Præterea. Ecclesiastes. 3. dicitur, Didici, q̄ oīa opera, quæ fecit Deus p̄seuerent in æternū, ergo creaturæ in nihilū nō redigentur.

RESPON. Dicendum, q̄ vniuersitas creaturarum numquā in nihilum rediget. Et quāuis creaturæ corruptibiles non semper fuerint, in perpetuū tamen s̄m suā substantiam durabunt: licet a quibusdam positū fuerit, q̄ omnes creaturæ corruptibiles in vltima rerū cōsumatione deficiēt in nō esse.

Quæst. dist. S. Thomæ. G Quod

si. smet. c. 4. lib. 7. de tri. nō longe a principio.

lib. 6. con. 6. con. 3.

Vide 1. p. q. 104. art. 5. & de ueri. q. 5. art. 3. ad 6.

corp. art.

ca. pri. 4. ante f. in lib.

hir. esp. rom. 3.

corp. art. 17. arg.

co. 79. ro. 3.